

VIZITACIJE ZAGREBAČKOG KAPTOLA U XVII. STOLJEĆU

Andrija LUKINović, Zagreb

Pod pojmom kanonskih vizitacija uglavnom mislimo na veliki fond tih vizitacija župa Zagrebačke (nad)biskupije od 17. do 19. st. u nadbiskupskom arhivu¹. Međutim, uz ove vizitacije postojale su i vizitacije ustanova i pojedinaca koje su kod nas manje poznate. Među takve vizitacije ubrajaju se i vizitacije kaptola, konkretno Zagrebačkog kaptola.

Poznata je temeljita vizitacija kaptola i prebendarskog zbora koju je obavio biskup Maksimilijan Vrhovac 1792. g.² Poslije ove vizitacije uslijedila je cijela reforma u središtu Zagrebačke biskupije, pa i u kaptolu koji je nakon skoro 400 godina donio nove statute.³

Vrlo je vjerojatno da su i drugi biskupi obavljali kanonske vizitacije, ali sačuvani su zapisnici vizitacija samo biskupa Borkovića i Mikulića; Borković je obavio tri, a Mikulić jednu. Sve ove četiri vizitacije izvršene su neposredno pred održavanje dijecezanskih sinoda 1673, 1677, 1687. i 1690. g. Biskup Borković nije obavio kanonsku vizitaciju kaptola jedino prije svoje sinode održane 1669. g. ili nije sačuvan u arhivu njezin zapisnik. Zapisnici sačuvanih vizitacija nađeni su zajedno sa ostalim aktima sinodâ, a u nadbiskupskom arhivu čuvaju se u seriji »Ecclesiastica synodalia«.⁴ Vizitaciju je osobno obavljao biskup uz pratnju predstavnika kaptola. Biskup

1 Ovih vizitacija ima u nadbiskupskom arhivu za razdoblje 1615–1914. preko 230 svezaka raspoređenih po arhiđakonatima. Od 1914. do danas ima oko sto svezaka koji još nisu inventarizirani. (Pregled kanonskih vizitacija v. M. HRG – J. KOLANOVIĆ, *Kanonske vizitacije Zagrebačke (nad)biskupije*, *Croatica Christiana periodica*, VI–VIII (1982–1984) 10–13.

2 Ovi statuti su objavljeni najprije 1794. zatim 1852. a s neznatnim izmjenama tiskani su 1912.

3 Kaptolski statuti 1334. g. istina nadopunjavani su novim odredbama na kaptolskim sjednicama (v. I. TKALČIĆ, *Izprave XV. vieka iz »crvene knjige« zagrebačkog kaptola*, *Starine JAZU*, XI/1879, str. 19), ali u svojoj cjelini ostali su nepromijenjeni sve do biskupa Vrhovca.

4 U inventaru nadbiskupskog arhiva serija *Ecclesiastica* nema podserije. Međutim, u registima (Katalog br. 8) spisi su popisani u podserijama *Bullarium*, *Synodalia* i *Iubileum respicientia* i tako su raspoređeni po kutijama.

je pohađao kurije u dane neposredno prije početka sinode, išao je redom od kurije do kurije i zabilježio ukratko podatke o svakoj kuriji, o kanonikovoj družini, vrtovima, eventualno o knjigama koje posjeduje. Pored kanonika svaki put je obavljena i vizitacija prebendarskog zbora, a 1677. zapisan je i pohod prebendara Svetog Marka u Gornjem gradu.

Ovi zapisnici kanonskih vizitacija Zagrebačkog kaptola neobično su zanimljivi i dragocjeni izvori za povijest Kaptola i Zagreba. Ne samo da su zabilježena imena kanonika i prebendara koji su u to vrijeme ujedno i kanonici Čazmanskog kaptola, već i kultura stanovanja, gospodarske prilike, okolina kurija i podaci o kanonikovoj družini koja je u to vrijeme mnogobrojna i u kojoj se redovito nalaze i poneki student i školarac. Uspoređujući podatke u vizitacijama može se pratiti izgradnja Kaptola kao naselja, posebno poslije požara 1674. g.⁵ Malo-pomalo mjesto drvenih zgrada podižu se na Kaptolu zidane kurije, trajnije i otpornije na požar.

Zapisnici ovih vizitacija nisu objavljeni, a u literaturi su vrlo malo korišteni. Lj. Ivančan u svojim »Stanovima zagrebačkih kanonika«⁶ uopće ih nije koristio, a sa stajališta građevinske problematike Kaptola obilno ih je koristila Lj. Dobronić.⁷ Sami zapisnici inače su dobro sačuvani i vrlo čitljivi.

1673, 9. svibanj, Zagreb⁸

Visitatio dominorum canonicorum et praebendariorum, anno Domini Millesimo sexcentesimo septuagesimo tertio. Anno Domini Millesimo sexcentesimo septuagesimo tertio die nona mensis maii visitatio dominorum canonicorum Zagrabiensium.

Admodum reverendus dominus Ioannes Czuliberka,⁹ archidiaconus Urboczensis, in domo¹⁰ sua quoad internam dispositionem honeste et religiose utcunque dispositus, quoad externam reparationem attinet domus in tecto eget reparatione, commoditates et spatium intus exiguum habet. Dominus de familia habet unum nepotem et neptem ex sorore et ancillam cum uno servitore. Admodum reverendus dominus Aleksander Ignatius Mikulich habet novam domum noviter erectam ad murum versus campum cum pulchro spatio et suis commoditatibus et hortulo, intus munde

5 Ovaj požar opisao je u Bolonjskoj kronici kanonik T. Augustić, a opis je objavio Lj. IVANČAN, *Požari Zagreba u XVII. i XVIII. stoljeću*, Bogoslovska smotra XIX/1931, str. 87.

6 Lj. IVANČAN, *Stanovi zagrebačkih kanonika*, Vjesnik kr. državnog arhiva u Zagrebu, V/ 1931, str. 163.

7 L. DOBRONIĆ, *Zagrebački kaptol i Gornji grad nekad i danas*, Zagreb 1987.

8 Nadbiskupski arhiv u Zagrebu (dalje: NAZ), *Acta ecclesiastica* br. 8/188.

9 Podatke o pojedinim kanonicima vidi: Lj. IVANČAN, *Podaci o zagrebačkim kanonicima*, Kaptolski arhiv Zagreb, Zagreb 1912–1924.

10 Vizitacija počinje od prve kurije kod bivših južnih kaptolskih vrata i zapadnom stranom ide do sjevernih vrata, te se istočnom stranom vraća do kurije Tome Augustića koja se nalazila između zgrade sjemeništa i katedrale. Identifikaciju pojedine kurije vidi kod Lj. DOBRONIĆ, *o. c.*

et honeste dispositam et ornatam. Familiam habet famulum, aliquos pueros, unam ancillam cum una vetula, quam in nomine Domini se allere dixit.

Admodum reverendus dominus Christophorus Kupinich, archidiaconus Varasdiensis, habet domum muratam cum pulchris commoditatibus, intus et foris bene ornatam et tectam. De familia habet famulum ephaebum, cocam eiusdemque subservitricem, sororium eiusdemque praeceptorem. Admodum reverendus dominus Casparus Vuk habet domum commodam, utcunque honeste intus dispositam. De familia cocam aliquam vetulam se habere dixit, famulum et ephaebum simul scholarem.

Admodum reverendus dominus Iacobus Vukovich, archidiaconus Camarcensis, habet domum utcunque debilem in aedificiis, intus religiose ornatam. De familia habet sororem, fratrualem studiosum, famulum. Spatium domus commodum et hortos adiacentes duos. Reverendissimus dominus Michael Boczak, praepositus maior, archidiaconus Goriensis et Zagoriensis et canonicus Zagrabiensis, habet domum muratam, bene tectam, intus gratiose ornatam cum suis commoditatibus bene provisam. De familia habet clavigerum ephaebum, agazonem, cocum, servitricem.

Admodum reverendus dominus Stephanus Nedelko, magister scholae, habet domum intus commode dispositam et foris tectam, alias infirmis aedificiis constitutam, spatium et hortum utcunque bonum habet. De familia habet unum rusticum pro custode domus et ephaebum.

Admodum reverendus dominus Michael Sikuten habet domum intus pro sua conditione commode ornatam et honestam, a foris quoad aedificia et tectum utcunque vetustati obnoxiam, exiguae dispositionis quoad structuram, cum spatio bono et horto. De familia habet pro coca suam consanguineam senem, unum puerum studiosum et famulum.

Admodum reverendus dominus Michael Jambrekovich habet domum cum suis commoditatibus, spatio et horto bene provisam; in superiori aedificio tria habitacula, quorum duo inhabitantur a dominis canonicis Michaele Simekovich et Stephano Doychich, tertium inhabitatur ab ipso domino Jambrekovich,¹² quod est speciose ornatum. Habitaculum quod inhabitatur a domino Simekovich indigebat suaviori suffito, domini Doychich commode et honeste ornatum est inventum. De familia habet dominus Jambrekovich unum iuvenem qui secum equitat, unum aut alterum puerum et cocam senem honestam, quam secum Varasino deduxit. Dominus Doychich habet unum puerum suum consanguineum studiosum, quemadmodum et dominus Simekovich fratrem scholarem. Admodum reverendus dominus Georgius Brezarich, archidiaconus Dubicensis, habet domum vetustam et ruinae obnoxiam, intus commode ornatam, maiori protunc munditie egentem (et odore suaviori), quoad alias commoditates hortum et spatium pulchrum. De familia habet suos nepotes ex fratre eorundemque sororem, cocum, famulum, ephaebum et villicum.

12 U drugoj polovici 17. st. Kaptol broji 33 kanonika, dok kurija ima svega 23, tako da u nekim kurijama stanuje više kanonika. Uz to trojica kanonika su rektori Bolognskog, Bečkog kolegija i zagrebačkog sjemeništa i tamo stanuju.

Admodum reverendus dominus Wolffgangus Gabriel Krisanich, archidiaconus Cathedralis, habet domum honestam cum suis commoditatibus, spatio et horto, intus commode dispositam et foris. De familia habet ephaebum et simul clavigerum, duos iuvenes, unum consaguineum alterum rhetorem per modum praeceptoris, duos famulos, villicum, servitricem cullinae annorum circiter triginta quinque honestam, quae alias eiusdem domum, quam ipse inhabitat nec aliam superiorem intrat, deinde unam consaguineam seniculam cum una pastorissa, quae manent in Nova villa.

Admodum reverendus dominus Ioannes Jantolkovich, praepositus Chasmensis, habet domum vetustam et ruinosam, alias cum suo spatio et horto et commoditatibus aliis bene provisam. De familia habet duos ephaebos, duos agazones, villicum, duas vetulas, unum studiosum.

Admodum reverendus dominus Ludovicus Vukoszlavich habet domum semimuratam, in qua maiorem partem quinimo totam structuram ligneam et celarium ex muro suis expensis fieri curavit. Intus bonas commoditates habet, sicut et foris spatium et hortum et alia necessaria domus aedificia; de familia tres studiosos, unum agazonem, cocum et servitricem culinae. Admodum reverendus dominus Matthias Ztoklasz, custos, habet domum semimuratam, bene dispositam intus et foris. De familia habet duas neptes, ancillam, cocam, duos servos, puerum consanguineum, eidem praeceptorem.

Admodum reverendus dominus Matthias Leder habet domum utcunque bonam et intus religiose accomodatam; de familia matrem seniculam, unam ventulam, unam ancillam, famulum, duos pueros, quod ad artificium perdiscendum elocavit.

Admodum reverendus dominus Stephanus Selischevich, archidiaconus Bexin, habet domum bonam, quam ipse restauravit, bene accomodatam, cum suis commoditatibus utcunque provisam; de familia sororem viduam, fratrem unum scholas frequentantem, consanguineum scholarem unum, eidem praeceptorem, agazonem unum, clavigerum, cocum, ancillam.

Admodum reverendus dominus Michael Rosman domum habet intus non adeo bene dispositam, tectam bene, fundum strictum, hortum non adeo magnum; duos famulos, cocam aliquam Carniolam, unum puerum pro ephaebo, studiosum unum, vetulam unam.

Admodum reverendus dominus Paulus Kosz habet domum muratam, bene dispositam intus et foris. Familiam habet amplam villicum, agazonem, cocum, ephaebum, pueros et studiosos et consanguineos aliquot, ancillam.

Admodum reverendus dominus Petrus Bundich habet domum bene dispositam, fundum nonnihil strictum et hortum. De familia habet cocam, famulum unum, studiosum unum, sororium unum.

Admodum reverendus dominus Ioannes Babich habet domum utcunque accomodatam cum suis commoditatibus; duos studiosos, cocum, duos famulos, ephaebum unum. Apud eundem est dominus Szandrigh canonicus, qui secum habet unum puerum.

Admodum reverendus dominus Georgius Orehovachky, cantor, habet domum muratam, bene dispositam intus et foris cum horto, spatium bonum; de familia unum ephaebum scholas frequentantem, unam cocam, unam vetulam, duos famulos,

unum Carniolum. Admodum reverendus dominus Ioannes Znika, archidiaconus Vaska, domum habet bene dispositam intus et foris, pulchram et novam, cum suo situ et horto. De familia nihil dictum est. Admodum reverendus dominus Thomas Augustich habet domum bonam et bene dispositam cum spatio.

Visitatio praebendariorum

Reverendus dominus Matthias Dezput habet utcunque bonam domum, in qua ipse aliquid emendavit, adhuc ad emendandum habet satis. De familia habet sororem, unum atudiosum fratrualem. Reverendus dominus Ioannes Levachich habet domum utcunque bonam sed in multis emendatione egentem, maxime in schalis. De familia habet unam vetulam amitam, puerum scholarem et aliquam claudam puellam et villicum.

Reverendus dominus Ioannes Logar habet domum satis commodam in qua ipse est novitius; de familia unam foeminam et unum puerum.

Reverendus dominus Ioannes Illinich habet domum bonam. In eadem ipse est novitius. De familia habet unam ancillam, quam secum adduxit et unum puerum.

Reverendus dominus Marcus Mourin habet domum bonam, in omnibus bene provisam et intus honeste ornatam. De familia habet cocam, pastorissam et aliquos studiosos.

Reverendus dominus Ioannes Rudanovich domus eiusdem transit, in multis eget reparatione, spatium est amplum et bonum, tempore suae praebende cooperatus est suae domui quoad fontem cum vicino domino Krisanich ex dimidio ad suum atrium habendo et effodiendo.

Reverendus dominus Ioannes Vecherin habet domum satis commodam, in qua aut parum aut nihil per ipsum est additum. De familia habet cocam utcunque provec-tam et unum studiosum. Reverendus dominus Michael Laczkovich succentor habet domum commodam, mundam; de familia ancillam, studiosum. Reverendus dominus Ambrosius Monty habet domum nonnihil vetustam, intus bene accommodatam, spatium aliquantum strictum, hortum commodum non adeo; de familia cocam et cocae filiam et filium. Reverendus dominus Michael Brukecz sacrista habet domum pulchrum, muratum et pro sua conditione spectantes ad domum commoditates; de familia ancillam et studiosum.

Reverendus dominus Stephanus Zemlich Lector Chasmensis habet domum bonam, commoditates bonas pro conditione sua. De familia habet ancillam colonissam et villicum.

Visitatio praebendariorum Civitatis Montis Graecensis¹³

Reverendus Ioannes Gasich capellanus hospitalis Montis Graecensis habet domum hospitalis,¹⁴ quae transit. Cuius media pars est elevata, media vero demissa. Habet

13 Prebendarske kurije nalazile su se u Novoj vesi od crkve Sv. Ivana prema Kaptolu. Zagrebački prebendari redovito su bili i čazmanski kanonici, kojima je to bio zapravo jedini izvor prihoda.

14 O ovom hospitalu vidi više u: F. BUNTAK, *O povijesti i ubikaciji dvaju nestalih sakralnih*

de familia incolam domus inferioris cum uxore, deinde tres studiosos. Nullos libros habet.

Reverendus Ladislaus Kralich altarista Sanctorum Fabiani et Sebastiani¹⁵ non fuit in domo sua, qui alias non habet domum suam nisi paternam.

Reverendus dominus Michael Katinchich praebendarius Sancti Marci habet domum bene dispositam in bonam munditie et honestate repertam; libros pro ipso commodos et necessarios in suo respectu. Domus vero ipsius patitur defectum haud parvum quoad tectum. De familia habet sororem.

Reverendus dominus Petrus Ztuparich habet domum pariter commodam et honestam, muratam ac alver(?), sed quo in tecto tam domus, quam aedificiorum magnum defectum patientem. De familia habet sororem.

Punctum difficultatis illorum domini cives tenerentur aedificiorum tecta reparare et nolunt, quemadmodum et parochi domum.

1677, 24. svibnja, Zagreb¹⁶

Anno Domini 1677. die 24. maii Illustrissimus ac reverendissimus dominus dominus Martinus *Borkovich* episcopus Zagrabiensis instituit *visitationem personarum et curiarum canonicalium* nominate suae Ecclesiae Zagrabiensis, *authoritate Concilii Tridentini*, praesentibus admodum reverendo domino *Paulo Kooz* lectore et *Alexandro Mikulich* archidiacono Cathedrali, canonicis Zagrabiensibus, domino autem *Praeposito ob debilitatem absente*.

Et primo, visitavit domum seu curiam reverendi domini Thomae Augustich archidiaconi Vaska,¹⁷ canonici Ecclesiae Zagrabiensis, ad murum arcis episcopalis septentrionem versus sitam, quae ad tectum est commoda. In superiori parte domum maiorem cum cubiculo, alteram minorem cum cubicello et cameram pro conserva, in inferiori vero parte domum pro familia et cameras aliquas pro conserva ac in terra cellarium habens cum tabulato. Familiam habet glotem cum fratre, quatuor studiosos consanguineos, spanum, hortulanum et agazonem; familiam omnem honestam. Domui adiacent hortus intra sepimenta Areae Capitularis bene septus et alter extra sepimenta dictae Areae videlicet bene septus, culinam veterem.

Deinde visitavit Seminarium eiusdem Ecclesiae Zagrabiensis, quod reperit muratum, unam quidem partem ab antiquo iam perfectam, in qua sunt in superiori parte duo dormitoria bona, duo cubicella pro magistro scholae, in inferiori vero refectorium,

objekata u zagrebačkom Gornjem gradu, Iz starog i novog Zagreba, I, Zagreb 1957, str. 139.

15 Podatke o prebendam vezanim uz crkvu Sv. Marka sadržavaju kanonske vizitacije te župe u Nadb. arhivu br. 1/I – 3/III; 45/I – 68/XXIV.

16 NAZ, *Acta ecclesiastica* 8/216.

17 Ova vizitacija započinje obrnutim redoslijedom od prethodne. Vizitator ide istočnim dijelom Kaptola od kurije između katedrale i sjemeništa, opisuje zatim sjemenište koje u prethodnoj vizitaciji ispušta, i nastavlja istočnom stranom do sjevernih kaptolskih vrata te se zapadnom kaptolskom stranom spušta prema južnim vratima. Inače su opisi ove vizitacije opširniji i sadržajniji od ostalih.

dispensam culinam et pro coco cameram. Novum vero aedificium nondum est perfectum, quod quidem sub novo tecto lateritio, antiquum vero sub ligneo bono manent. Est ibidem sub alio tecto conserva pro frumento nova. Huic Seminario adiacet hortus ab oriente extra sepimenta Seminarii, alter vero ac occidente intra sepimenta. In hoc Seminario sunt alumni vigintiquatuor de praesenti, magister schole Franciscus Missich canonicus Zagrabiensis. Adiacet Seminario schola ex roboribus constructa in qua sunt duo cubicula pro docendis scholaribus apta. Circa librorum qualitatem non sunt adeo provisi.

Exinde curiam reverendi domini Ioannis Znika canonici pariter Zagrabiensis, quam reperit ex roboribus bene aedificatam. In superiori parte quatuor domus et cameram unam ac culinulam pro calefiendis fornacibus habentem, in inferiori vero domum familiae, culinam et cameram pro conserva et est sub bono tecto. Sub alio vero malo tecto culinam et stabulum habet. Adiacet huic domui hortus ab oriente, partim infra, partim extra Areae Capitularis sepimenta totus. Celarium sub domo muratum sine fornice, in horto vero porticum vulgo *cherdak* veterem. Familiam habet cocam provectae aetatis, ancillam, spanum, agazonem, studentem unum.

Postea curiam lectoralem ex muro aedificatam, in cuius superiori parte domus longa seu palatium, deinde camera et altera domus cum sua pariter camera, in inferiori vero domus familiae, culina et camera pro conservando vino item altera domus sita sunt. Habet haec curia celarium muratum in terra sine fornice. Item, haec curia habet domum notarialem noviter ex muro erectam, habentem duo cubila sub fornice. Huius domus tectum est lateritium, lectoriae vero ligneum. Item habet sub alio tecto domum familiae ligneam cum culina pro aestate, in qua culina est caminus muratus bonus. Adiacent huic domui duo horti, unus ab oriente alter ab occidente. Cocum, spanum, duos agazones, ephebum, duos studiosos et ancillam pro familia intertenet.

Exinde curiam admodum reverendi domini Georgii Orehovachky cantoris, quam reperit aliqua ex parte muratam, habentem videlicet domum unam et cameram muratam, deinde domum et cameram ligneam in superiori parte, in inferiori vero celarium muratum sub fornice, deinde ligneam domum pro familia, et haec sub tecto commodo. Habet item culinam ligneam sub alio tecto, hortus ab oriente. Familiam habet agazonem unum, famulum unum, tres studiosos, cocam (NB! inquirendum de eadem quae et qualis sit) et ancilla, item famulum alterum, spanum.

Abhinc curiam reverendi domini Casparis Szandrigh canonici Zagrabiensis, quam invenit aliqua ex parte de roboribus, alia vero ex sepibus extractam, totam ruinosam, habentem in superiori parte domum, cubiculam et porticum vulgo *cherdak*, inferius vero domum pro familia, cameram et culinulam, in terra cellarium muratum sub tabulato et haec omnia male tecta. Culinam item sub alio tecto ligneam. Familiam habet famulum unum et unam cocam. Habet item fontem et hortum ab occidente.

Abinde curiam eiusdem reverendi domini Casparis Szandrigh noviter extractam ex roboribus. In superiori parte domum et cameram, in inferiori similiter habentem, duas deinde columnas muratas et supra easdem tectum, quod novum et bonum est. Hic non residet nec familiam habet. Hortum ab oriente.

Exhinc curiam reverendi domini Alexandri Mikulich archidiaconi Cathedralis noviter ex muro aedificatam. In superiori parte duas domus et cameram, in inferiori vero duas domus et subtus cellarium sub fornice habentem. Deinde, sub alio tecto stabulum et alibi culinam habet, hortum item ab oriente. Familiam habet spanum, agazonem, duos pueros, item studentes duos, cocum.

Deinde curiam reverendi domini Ioannis Babich archidiaconi Chasmensis, canonici Zagrabiensis, quam reperit ex muro aedificatam. In superiori parte domum longiorem et alias duas domus, cameram item unam, in inferiori vero domum familiae, culinam, cameram, conservam, deinde vasonem ac subtus cellarium sub tabulato habentem. Item, sub alio tecto stabulum et fontem habet. Adiacet huic domui hortus ab oriente. Domus est bene tecta. Familiam habet cocum, studiosos quatuor, glotem et agazonem.

Curiam reverendi domini Stephani Selischevich archidiaconi Bexin, canonici Zagrabiensis ex roboribus noviter per ipsum extractam. Habet in superiori parte duas domus, duo cubicula ampla et atrium in medio, in inferiori vero duas domus, culinam dispensam cum camino murato et conservam frumenti, infra aedificium cellarium muratum sub tabulato. Familiam habet sororem virginem, studiosos duos et praeceptorem, item alterum studiosum Hungarum, cocum, ancillam, agazones duos, spanum, bubulcum et unum puerum. Postea hortum ab occidente habet.

Deinde curiam reverendi magistri Matthiae Leder canonici Zagrabiensis, quam ipse ex roboribus solide noviter a fundamentis erexit. In superiori parte habet duas domus et cameras ac in medio salam seu atrium, in inferiori vero domum familiae et ex ea cameram, in medio culinam et deinde cameram pro conserva, subtus cellarium muratum sub tabulato, et haec omnia noviter tecta; sub alio novo videlicet tecto stabulum, cameram et conservam vasorum et currus. Intertenet tres famulos, unum studiosum, ancillam, cocam. Adiacet domui hortus ab oriente.

Exhinc curiam reverendi domini Matthiae Sztoklasz custodis et canonici, quae constat turri Venerabilis Capituli murata, a qua Venerabili Capitulo census solvitur, habentem in superiori parte domum unam, in inferiori alteram, deinde constat novo aedificio per modernum dominum custodem extrui cepto et nondum perfecto. Habet deinde sub alio tecto culinam et domum familiae, deinde stabulum et cameram, sub diverso quoque tecto cellarium muratum sine fornice et desuper conservam vasorum. Adiacet huic curiae hortus maior ab oriente extra murum Areae Capitularis, minor vero ab occidente. Tectum est undique bonum. Spanos habet duos, agazones duos, cocam, unam viduam, studiosos duos, clavigerum de familia intertenet.

Postea curiam reverendi domini Ludovici Vukoszlavich archidiaconi Goricensis, canonici Zagrabiensis, quam reperit aliqua ex parte de veteri muro. In superiori parte domum unam, in inferiori alteram pro familia habentem, deinde adiungi ceptum est novum aedificium, quod nondum est perfectum, ubi etiam est culina sub fornice. Subtus habet cellarium muratum sub fornice et haec omnia bene tecta, item sub alio tecto stabulum ligneum. Adiacet huic domui hortus ab occidente. Familiam habet cocam, spanum, agazonem, bubulcos duos, ancillam senem rusticam, puerum ephebum.

Abinde curiam reverendi domini Ioannis Antolkovich praepositi Chasmensis, canonici Zagrabiensis, quae est per eundem noviter ex roboribus extracta. Superius habet duas domus et cubicula, in medio atrium, inferius domum familiae et cameram, item aliam domum cum camera et in medio culinam muratam. Est sub alio tecto culina nova et cubicellum penes eandem, stabulum item cum camera, subtus cellarium muratum sine fornice. Spanum, clavigerum, cocam senem, bubulcum, agazonem, studiosum pro familia habet. Adiacet domui hortus ab occidente.

Deinde curiam reverendi domini Petri Bundich archidiaconi Kemlek, canonici Zagrabiensis, quae est noviter a fundamentis partim ex lignis solidis, partim ex sepiementis extracta. In superiori parte domus duas et cubiculum, in inferiori conservas duas habens, cui adiungitur novum aedificium ex roboribus nondum perfectum. Tectum est novum. Cellarium habet in extremitatibus muratum in reliquo ex solidis lignis. Sub alio tecto culinam et alibi stabulum et domum familiae habet. Hortus domui adiacet ab occidente. Haec domus est per defunctum Wolffgangum Krisanich Cathedralis extracta. Reliqua quae in ipsa perficienda sunt moderno domino possessori extruenda relinquuntur. Ancillam, cocam rusticam, duas sororias, duos sororios studiosos, agazonem et spanum de familia intertenet.

Abinde curiam reverendi magistri Georgii Pavun canonici Zagrabiensis, quam reperit de novo ex roboribus per modernum possessorem aedificatam, ubi sunt in superiori parte domus et camera ac culina et ambitus, inferius domus familiae, camera et culina, subtus cellarium, quod de novo maiori ex parte muratum brevi ad perfectionem deveniet, est bene tecta. Habet disiunctam ab aedificiis culinam, quae nondum perfecta est, item sub alio tecto stabulum et cameram pro rebus conservandis. Hortum habet ab occidente. Familiam intertenet puerum consanguineum, bubulcos duos, agazonem, ancillam, cocam, quae dicitur ipsius matris consanguinea.

Exhinc curiam reverendi magistri Michaelis Iambrekovich canonici Zagrabiensis, quae est per eum de novis roboribus aedificata, superius domus duas et cameras, in medio atrium, inferius domum pro familia cum camera, in medio culinam cum camino murato, demum cameram pro rerum conserva, habens. Subtus est cellarium muratum sub fornice. Sub alio tecto habet stabulum et cameram; hortum ab occidente. Familiam habet cocum, bubulcum, agazonem, puerum studiosum, ancillam.

Postea curiam reverendi magistri Stephani Nedelko, quae est iam ab antiquo ex solidis lignis extracta. Superius duas domus et cameras, in medio culinam, inferius domum familiae et cameram, deinde culinam ac demum conservam habet, subtus vero cellarium ex roboribus extractum. Indiget reparatione domus, tectum transit. Est item sub alio tecto culina et alibi stabulum. Hortus ab oriente domui adiacet. Matrem, claudam ancillam, spanum, iuvenem, ephebum, pastorem et agazonem intertenet.

Deinde curiam Praepositurae Zagrabiensis, quae in superiori parte habet tres domus, palatium, cameram et camerulam unde fornax calefit, subtus duas domus, cameram, palatium, conservam et culinam. Sub palatio est anticamera, cellarium muratum sine fornice, item supra orificium cellarii fornicem et desuper cameram sub fornice. Tecta est bene. Sub aliis tectis culinam, stabulum, conservam pro caulibus et aliam pro curribus. Hortus manet ab oriente. Familiam ephebum, spanum, agazonem, puerum pastorem, cocam et aliam pro culina iuvenem sororiam.

Post haec curiam reverendi domini Iacobi Vukovich archidiaconi Camarcensis, canonici Zagrabiensis, quae est partim de roboribus, partim de sepibus exstructa. In superiori parte habentur tres domus, colina, et duae camerae, inferiori vero domus familiae, conserva, culina ac camera, subtus cellarium ex roboribus. Sub alio tecto stabula duo, granarium, culina aedificata sunt. Hortos habet duo, ab oriente et occidente. Familiam habet ancillas duas, famulos agazones duos, pueros studiosos similiter duos.

Exinde curiam reverendi magistri Stephani Doichich canonici Zagrabiensis, quam reperit ex roboribus exstructam. Superius duas domus et quatuor cameras, inferiori domus duas et cameras duas culinam, subtus cellarium ex lignis habentem. Item sub alio tecto stabulum ex sepibus et cameram penes omnia bene tecta habet. Familiam habet agazonem, fratrem studiosum, ephebum, clavigerum et cocam virginem. Hortus domui adiacet ab occidente.

Deinde, curiam reverendi domini Christophori Kupinich archidiaconi Varasdinen-sis, canonici Zagrabiensis, quae est murata et habet superius domos tres et cameras duas, inferiori domum familiae et camera tres, unam ex eis sub fornice, deinde officinas quas possidet mercator Venerabilis Capituli ex densu eidem Capitulo cedente, deinde ex sepibus ordinatae sunt superius camerae duae, inferiori culina et conserva et alia camera. Sub alio tecto est stabulum, sub aedificio murato cellaria duo, quorum unum habet fornicem. Hortum non habet. Familiam intertenet spanum, ephebos duos, sororium studiosum et duos alios, cocam unam, ancillam unam rusticam, agazonem, hospitem domus alibi manentem.

Exhinc curiam reverendi domini Ioannis Czuliberka archidiaconi Urbocz, canonici Zagrabiensis, quae est ex lignis solidis aedificata, superius habet duas domus, cameram et culinulam, inferiori domum familiae, culinam et cameras duas, cellarium muratum sine fornice, supra quod est conserva vasorum. Item habet salam magnam ex asserebus concameratam ambitum similem. Hortum non habet. Familiam intertenet fratris filiam virginem, duos studiosos pueros, glotem.

Anno eodem die vero 25. maii idem illustrissimus ac reverendissimus dominus Ordinarius continuavit visitationem inchoando a curia reverendi Matthiae Deszputh cantor et canonicus Chasmensis, praebendarius chori Ecclesiae Zagrabiensis, quam reperit noviter ex lignis per eum exstructam, habentem superius domum unam cum camera et culina, similiter inferiori, est bene tecta, adiungitur eidem aedificium ex sepibus, quod nondum suam perfectionem habet. Est in eodem fundo cellarium subterraneum ex roboribus stramine tectum. Adiacet domui hortus ab occidente. Familiam habet sororem, sororium et sororiam.

Inde curiam reverendi Georgii Levachich lectoris et canonici Chasmensis, praebendarii chori Ecclesiae Zagrabiensis, quae est ex sepibus in una tantum continuatione exstructa, habens domus duas et cameras, in medio culinam, sub una domo est cellarium ex roboribus, et est bene tecta. Habet hortum ab occidente. Familiam habet fratrualem, pastorem iuvenem, ancillam, cocam.

Deinde curiam reverendi Michaelis Brukecz canonici Chasmensis, praebendarii chori Ecclesiae Zagrabiensis, quam invenit in inferiori quidem ex muro, in superiori partibus ex sepibus edificatam, habentem desuper domum unam, de inferiori duas.

Adiungitur edificium aliud, quod nundum est extractum. Cellarium habet muratum sine fornice, tectum perpluens, horreum sub tecto stramineo, hortum ab occidente. Familiam habet famulum, ancillam.

Exhinc curiam reverendi Ioannis Logar praebendarii chori Ecclesiae Zagrabiensis, quam reperit partim ex roboribus, partim ex sepibus, in una continuatione extructam, habentem domum unam et cameram ac culinam. Aliud aedificium perfectum non est. Tectum partim ex scandulis, partim stramine constat. Item, sub alio tecto cameram seu cellarium, in quo vinum conservatur, hortum ab occidente. De mortuo quodam ob moram ipsius sine confessione non scit respondere ad interrogata. Fontem baptismalem non habet. Sacros liquores oclusas non servat.¹⁸ Familiam habet matrem seniculam, ancillam, puerum studiosum unum.

Abhinc curiam reverendi Ioannis Illinich canonici Chasmensis, praebendarii chori Zagrabiensis, quae est per eum ex roboribus potiori ex parte edificata, habens superius domum et cameram ac culinam, inferius similiter. Sub alio tecto cellarium subterraneum, et haec omnia bene tecta. Hortum ab occidente. Familiam habet fratrem cum glote, puerum studiosum et ancillam.

Deinde reverendi Marci Mourin praebendarii chori Ecclesiae Zagrabiensis, quae est per eundem noviter ex roboribus extracta et habet in superiori parte duas domus et cameras, in medio culinam, tres inferius, quarum una inferior servit pro cellario. Hortus adiacet ab occidente. Studiosum unum, duos consanguineos studiosos, servitricem, cocam viduam pro familia intertenet.

Abinde curiam reverendi Ioannis Rudanovich canonici Chasmensis praebendarii chori Ecclesiae Zagrabiensis, quam reperit ab antiquo ex roboribus extractam. In superiori parte habet duas domus et cameram cum culinula, in inferiori domum, culinam et cameram pro rebus servandis. Subtus est cellarium in terra afossum sine roboribus. Tectum domus reparatione indiget. Horreum ex sepibus stramine tectum, fontem et stabulum ex sepibus scandulis tectum habet. Hortum a parte occidentali. Familiam: famulum studiosum, ancillam, cocam sororem famuli.

Postea curiam reverendi Marci Zenko canonici Chasmensis, praebendarii chori Ecclesiae Zagrabiensis, quae est ex roboribus ab antiquo edificata. In superiori parte domum, cameram et atrium, in inferiori domum familiae, culinam et cameram habens. Horreum est ex sepibus, ruinosum, stramine tectum. Tota curia indiget tecto. Hortum habet ab oriente. Duos studiosos et unam vetulam pro familia intertenet.

Exhinc curiam Michaelis Lackovich canonici Chasmensis, praebendarii chori Ecclesiae Zagrabiensis, quae est maiori ex parte ex roboribus extracta. Superius domum et cameras duas ac atrium, in inferiori domum familiae cum camera, culinam cum camera et cellarium subterraneum columnis munitum habet. Familiam studiosum unum, cocam vetulam et fraturelem intertenet.

Abhinc curiam reverendi Ioannis Vecherin canonici Chasmensis, praebendarii chori Ecclesiae Zagrabiensis, quam invenit in maiori parte ex roboribus per eum edifica-

18 Tekst od »De mortuo« do »non servat« ovamo je upisan zabunom. Takvi se podaci upisuju u vizitacije župnih crkava, a ne ovamo.

tam, habentem superius domum cum camera, inferius domum familiae et cameram, cellarium, culinam.

Reliquum aedificium non est perfectum. Hortos duos ab oriente et occidente. Familiam habet cognatam, puerum studiosum.

Abinde curiam reverendi Christophori Pertich praebendarii chori Ecclesiae Zagrabiensis, quae est ex muro ab antiquo aedificata. Habet superius duas domus et atrium, inferius duas domus et culinam, subtus cellarium muratum sub fornice; ab oriente hortum, stabulum, item sub tecto maiori ex parte stramineo. Tota curia est bene tecta. Familiam intertenet studiosum unum.

Demum curiam reverendi Ioannis Molitoris canonici Chasmensis, praebendarii chori Ecclesiae Zagrabiensis, quae est noviter, partim ex roboribus, partim ex sepimentis extructa, sat commoda, nondum perfecta, et habet cellarium subterraneum. Hortus adiacet ab oriente. Familiam habet matrem et fratrem.

1687, 6. svibanj, Zagreb¹⁹

Anno Domini 1687. die 6. Maii facta est per illustrissimum et reverendissimum in Christo patrem dominum Martinum Borkovich electum Collocensis et Bachiensis Ecclesiarum canonice unitarum archiepiscopum et Ecclesiae Zagrabiensis episcopum etc. personarum et curiarum honorabilis Capituli Ecclesiae Zagrabiensis, iuxta praescriptum et dictamen sacrosancti concilii Tridentini visitatio canonica.

Et imprimis visitata est curia reverendi domini Georgii Levachich canonici Zagrabiensis, alias ex altaria Vinkovichiana fundata in foro Areae Capitularis sita,²⁰ cuius constitutio moderna separatim conscripta reperietur. Eandem curiam inhabitat praemissus Georgius Levachich annis tribus, qui nonnisi fulera aliqua imposuit et pro reparando tecto praeparatoria fecit. Idem de familia habet unum studentem, famulum, puerum pastorem et quandam virginem annosam.

Deinde visitata est curia canonicalis reverendi Petri Brezarich canonici Zagrabiensis itidem in foro eiusdem Areae Capitularis sita, cuius moderna constitutio separatim cur alia descripta habebitur. Eandem curiam inhabitat praemissus Petrus Brezarich annis duobus cum dimidio et in eadem aliquam partem tecti reparavit, torcular construxit. De familia habet fratrem et servum agazonem, pastorem, clavigerum, glotem viduam et puerum studentem.

Hinc visitata est curia admodum reverendi olim Mathiae Sztoklaz custodis et canonici Ecclesiae Zagrabiensis recenter defuncti, quam inhabitat reverendus dominus Nicolaus Jurinich canonicus Zagrabiensis a medio anno. In eadem post suam habitationem horum construxit, a parte civium, sepimenta fecit, pro stabulo necessaria parat. De familia habet spanum, duos studentes, mulierem cocam quadragenariam. In domo eiusdem inventi sunt in bona quantitate libri.

19 NAZ, *Acta ecclesiastica*, 8/255–1. Isti zapisnik nalazi se i pod br. 8/255–2, jedino vizitacija kurije započinje rednim brojem.

20 Vizitacija, kao i ona 1673, započinje od južnih kaptolskih vrata i zapadnom stranom Kaptola ide prema sjevernim vratima.

Expost visitata est curia canonicalis admodum reverendi Stephani Nedelko archidiaconi Cathedralis, quam idem recenter obtinuit. Eandem curiam inhabitat admodum reverendus dominus Georgius Orehovachky cantor et canonicus Zagrabiensis annis duobus cum dimidio. In eadem circa tectum reparationem fecit, torcular novum construxit. De familia habet studentes quinque, clavigerum ephebum, spanum, agazonem, bubullos duos, cocam et ancillam maturae aetatis. Libri apud eundem reperiuntur spectantes ad Ecclesiam et alios.

Hinc visitata est curia canonicalis admodum reverendi domini Stephani Doichich Praepositi Chasmensis et canonici Zagrabiensis, quam idem inhabitat annis quatuordecim. In eadem fecit unam cameram, sepimenta circacircum nova fecit, torcular novum et tectum totum novum. De familia habet studentes duos, spanum, agazones duos, consanguineos duos, cocum et virginem adultam pro coca. Libros habet in bona quantitate.

Postea visitata est curia canonicalis admodum reverendi domini Petri Verbanich archidiaconi Dubicensis, canonici Ecclesiae Zagrabiensis, quam idem inhabitat ab annis novem. Eidem idem possessor novas bases subduxit, noviter incrustavit, maiori ex parte textit. De familia habet clericum, patrum senem, studentes duos consanguineos, spanum, cocam seniculam. Libros habet. In eadem domo inhabitat ad praesens reverendus dominus Ioannes Babochay canonicus eiusdem Ecclesiae Zagrabiensis, qui de familia habet famulum et studentem. Libros etiam aliquot.

Abhinc visitata est curia Praepositurae Zagrabiensis, quam inhabitat modernus dominus praepositus Alexander Ignatius Mikulich a duobus annis. In eadem construxit novam portam muratam, puteum antea factum excavavit, circa tecta aedificiorum melioravit. De familia habet cocum et subcocum, pistorem, agazones duos, clavigerum, ephebum, studentes duos, bubulcum. Libri in domo Praepositurae sunt multi²¹.

Expost visitata est curia canonicalis reverendi domini Michaelis Laczkovich, quam inhabitat ad praesens admodum reverendus dominus Stephanus Nedelko archidiaconus Cathedralis ab annis quindecim. Idem in eadem curia restauravit tectum domus, textit stabulum noviter. Fulcivit eandem curiam et quia ob debilitatem suam et occupationes archidiaconales eandem alias ruinosam in meliorem statum deducere vel noviter erigere nequivit, ideo pro eiusdem curiae nova extructione hactenus intermissa pretium eiusdem totale et praeter pretium centum imperiales in paratis cessit et numeravit. De familia idem dominus archidiaconus Cathedralis habet spanum, clericum, studentem unum et alterum consanguineum et alios duos studentes non consanguineos, agazones duos, consanguineum cocum, cocam puellam annorum circiter 20. Libros habet concionatores copiosos.

Abinde visitata est curia canonicalis reverendi domini Nicolai Skerlec alias altaria Sanctorum Millium militum, quam idem Nicolaus Skerlec inhabitat annis duobus. Sepsit ambitum. De familia habet studentes duos, ephebum, spanum, cocam senem viduam, pastorem. Libros habet sufficientes.

21 Ovaj podatak svjedoči da je Mikulić već prije kupnje Valvasorove biblioteke posjedovao mnoštvo knjiga te da je fond metropolitanske biblioteke dobrim dijelom potekao iz privatne Mikulićeve knjižnice.

Deinde visitata est curia canonicalis reverendi domini Francisci Missich canonici Zagrabiensis et archidiaconi Vaska, quam inhabitat septem annis. In eadem restauravit cameram in domo superiori, construxit conservam penes culinam. De familia habet famulum, puerum ministrum et seniculam cocam. Libros habet sufficientes.

Exhinc visitata est curia canonicalis reverendi domini Petri Sztabarkovich canonici Zagrabiensis, quam ipse inhabitat ab annis quatuor. In eadem camera in qua habitat stravit lateribus, novam cameram in area extruxit ex lignis. De familia habet sororem virginem, sororem itidem virginem, duos studentes consanguineos, item studentem unum logicum, famulum, agazonem unum. Libros habet pro suo usu.

Post hanc visitata est curia canonicalis Christophori Persich canonici Zagrabiensis, quam inhabitat tribus annis cum dimidio; cui bases subduxit, portam novam ad plateam et sepimenta circa hortum construxit, circa hypocasta et habitatores restaurationem fecit. De familia habet puerum ministrum, sororem puellam, spanum. Libros habet.

Hinc visitata est curia reverendi domini Petri Orehovachky canonici Zagrabiensis, quam idem duobus annis cum dimidio inhabitat. Circa eandem sepimenta nova ex abiegnis asseribus construxit, torcular textit. De familia habet servum unum, ephelum, studentem fratrualem, fratris filiam virginem annorum circiter 14, cocam virginem senem, pastorem. Libros habet concionatores et alios.

Exinde visitata est curia lectoralis quam inhabitat ad praesens dominus lector Ioannes Babich ab annis duobus. In eadem poenes novam turrim per Venerabile Capitulum erectam construxit ambitum propriis sumptibus. De familia habet spanum, agazones duos, ephelum unum, studentes quinque, pro coca gloterem viduam sexagenariam et pro ancilla sororem, pastorem. Libros copiosos.

Postea visitata est curia admodum reverendi domini custodis Ioannis Znika canonici Ecclesiae Zagrabiensis ab eodem noviter erecta et consequenter quidquid est circa eandem tam soliditatis in structura, quam inventionis circa habitationem et securitatis in conservis eidem attribuendum. Eadem domum inhabitat ab annis sedecim. De familia habet ephelum, cocum, agazonem unum, bubulcos duos, mulierem circa culinam. Libros habet sufficientes.

Abinde visitatum est Seminarium Ecclesiae Cathedralis Zagrabiensis, quod de facto est sub cura mediata domini praefecti admodum reverendi Matthiae Mogorich, archidiaconi Goricensis, et canonici Zagrabiensis, et magistri admodum reverendi Pauli Tuskan canonici Zagrabiensis. In eadem sunt personae clericae indutae numero triginta una et unus saecularis pro proba. Clausura eiusdem Seminarii exterior ad praesens secunda est, interior vero reparatione indiget in eo, quod communicatio cum familia saeculari haberi possit. Item circa infirmariam et capellam eidem contiguam reformatio necessaria esset. Reliqua vero tum circa personas alumnorum, cum etiam gubernium superiorum illustrissimus ac reverendissimus dominus visitator in quantum expedire iudicaverit pro tempore ordinaturus est.

Anno suprascripto, die vero 9. Maii continuata visitatio et primo visitata est curia reverendi Ioannis Zubbich archidiaconi Varasdinensis et canonici Zagrabiensis, qui in eadem manet annis 8. In eadem domum maiorem ad perfectionem deduxit fenestras et portas erigendo, item supra orificium celarii in inferiori quidem parte ex

muro, in superiori vero ex solido ligno cameram aedificavit, stabulum item novum ex solido ligno et torcular prouti et sepimenta construxit. De familia habet servitores 3, studentes 2, sororem, consanguineam unam et puellam annorum 13 pastorisam. Habet libros sufficientes et copiosos.

Post hanc visitata est curia admodum reverendi domini Georgii Orehovachky cantoris et canonici Zagrabiensis, quae antea fuit admodum reverendi domini Matthiae Sztoklasz custodis et canonici proxime in Domino defuncti, qui domum totam praeter turrim Capitularem ex muro, in inferiori quidem parte sub fornicibus, in superiori vero sub solido tabulato aedificavit, item alia aedificia post incendium solido opere construxit prout et cellarium ex muro. Eiusdem memoria in Dei benedictione sit.

Postea visitata est curia admodum reverendi domini Pauli Cheskovich archidiaconi Kemlek et canonici Zagrabiensis, quam idem inhabitat tribus annis. In eadem tectum pro conservandis vasis extruxit, sepimenta item noviter et alvearria fecit, fornacem cum camino aedificavit. De familia habet cocum, puerum, servum, bubulcum, servam virginem annosam. Libros copiosos habet.

Expost visitata est curia admodum reverendi domini Nicolai Znika archidiaconi Urbocz et canonici Zagrabiensis, quam idem inhabitat annis quatuor. Pavimentum in cellario fecit. De familia habet studentes 5, famulos 2, ephebum, cocam unam, puellam annorum 14. Libros copiosos habet.

Post hanc visitata est curia admodum reverendi domini Matthiae Mogorich archidiaconi Goricensis et canonici Zagrabiensis, quam idem inhabitat tribus annis. Circa eandem sepimenta ex asseribus fagineis ad partem septentrionalem extruxit et hortum sepivit. De familia habet spanum, studentem consanguineum; puerum ministrum, cocam mediocris aetatis. Libros habet concionatores etc.

Exinde visitata est curia admodum reverendi domini Nicolai Dobrillovich archidiaconi Chasmensis et canonici Zagrabiensis, quam idem inhabitat annis 5. In cellario totum murum posuit, torcular extruxit. De familia habet iuvenem studentem, cocum, agazonem, cathecumenum Turcam. Libros habet sufficientes.

Deinde visitata est curia admodum reverendi domini Stephani Selischevich archidiaconi Bexin et canonici Zagrabiensis, quam idem post incendium totam ex fundamentis et cellario murato extruxit. Aedificia quoque circa eandem domum omnia solide posuit. De familia habet clericum, studentes duos, ephebum unum, agazones, cocum, spanum, bubulcum, pastorem unum, servitricem virginem quadragenariam. Libros habet bonos et sufficientes.

Abinde visitata est curia admodum reverendi domini Ioannis Babochay canonici Zagrabiensis, quam a fundamentis una cum aliis aedificiis admodum reverendus dominus Michael Levakovich, eiusdem modernus inhabitator. De familia idem dominus Levakovich habet duos studentes, spanum, cocum, servitricem virginem adultam. Libros habet sibi necessarios.

Exinde visitata est curia admodum reverendi domini Stanislai Pepelko canonici Zagrabiensis, quam idem inhabitat duobus annis. Sepsit solidis asseribus eandem curiam. De familia habet fratrem, studentes 3, agazonem, bubulcum, ancillam viduam superantem annum 30. Habet libros copiosos.

Postea visitata est curia reverendi domini Simonis Iudae Sidich canonici Zagrabien-
sis, quam idem duobus annis possidet. In eadem nihil melioravit nisi sepimenta
penes hortum, ex quo esset absens. De familia habet studiosum unum et ancillam
decrepitam unam. Libros habet etc.

1687, 9. svibanj, Zagreb²²

Anno Domini 1687. die 9. maii continuatio visitationis incipiendo a parochiali Sanc-
ti Ioannis in Nova villa, ubi domus ex muro tota;²³ superne domus binae habitabi-
les, camera, *cherdak*, culina, inferne duae domus totidemque culinae, cellarium mu-
ratum absque fornice, culina privata, stabulum, horreum parte ex altera viae, hortus
amplus cum nominato fonte.

Secundo, visitata reverendi Ioannis Rudanovich praebendarii chori Ecclesiae Zagra-
biensis, ubi domus lignea vetustate collapsa; superne domus duae, cubile et culina,
cherdak, inferne domus familiae, cubicellum et culina, cellarium in terrea (!) sed
lignum, item, separatim culina, horreum, stabulum et conservatorium pro scriniis,
fontis usus, hara pro animalibus, hortus. Melioratio vix aliqua praeter horreum.

Tertio, visitata domus Ioannis Novak praebendarii, ubi quoque domus ex toto ve-
tustate consumpta; superne domus et cubile, inferne domuncula familiae, culina,
cellariolum, conserva exigua, horroleum nullius momenti, hortulus et pratulum sub
horto ad unum circiter iuger.

Quarto, visitata domus Matthaei Varallay, ubi reperta domus non pridem noviter
extracta; superne duae domus totidemque cubicella, culina, *cherdak*, inferne domus
familiae, culina, conservatorium, cellarium muratum sed absque fornice, commo-
dum tamen, stabulum, horreum ex sepimentis, hortus valde bonus. Ad praesens
nulla melioratio conspicitur. Praescripta per reverendum Marcum Mourin erecta et
extracta.

Quinto, visitata domus reverendi Petri Saekula, ubi domus de ligno non pridem
extracta; superne habet domum, duo cubicella et culinam, inferne domus familiae,
cubicellum et culina, cellarium in terra, hortus com fontis usu. Erecta domus per
reverendum Michaellem Laczkovich. Melioratum nihil.

Sexto, visita domus reverendi Vitus (!) Boszakovich praebendarii, ubi domus exi-
gua; superne domus cum duobus cubicellis, culina, inferne domus, cubile et culina,
cellariolum, omnia exigui momenti, horreum ex sepimentis, hortus praeterea. Novi-
tius nihil melioratum.

Septimo, visitata domus reverendi Marci Jenko praebendarii, ubi superne domus
duae, cubile et culina, inferne domus familiae, culina, cellarium in terra ligno con-
stans, culina separatim et penes cubicellum, hortus, horreum praeterea infra do-
mum, usum fontis cum Petro Saekula.

Octavo, domus reverendi Georgii Thomassich praebendarii. Domus in terra, cubi-
culum, culina, conserva, cellariolum per ipsum erectum, stabulum, hortus.

22 NAZ, *Acta ecclesiastica*, 8/255–3.

23 Župni dvor Sv. Ivana u Novoj vesi inače nije spadao u prebendarske kurije.

Nono, visita domus reverendi Iosephi Eberlle, ubi murata domus ex toto; superne domus duae et culina, inferne quoque binae domus et culina ab olim, cellarium muratum duplex absque fornice, stabulum privatum et conserva, hortus venustus, infra eundem horreum.

Decimo, visita domus reverendi Francisci Nittray praebendarii; superne domus duae cum suis cubicellis, inferne ex muro domus familiae, culina, conserva, cellarium in terra ex muro, horreum et camera cum stabulo. Melioravit addendo cubile unum seorsim a domibus. Hortus bonus.

Undecimo, visita domus reverendi Gregorii Szupszky, ubi domus in terra binae cum cubiculo, *cherdak* per ipsum noviter erectum, cum serva (!) infra ipsum *cherdak*, cellarium in terra ligno obductum, horreum dirrutum, stabulum quoque erigi inchoatum, hara quoque erigi coepta per ipsum, nondum tamen finita, hortus.

Duodecimo, visa domus Ioannis Kendell lignea, valde exigua domus; superne cum culina et *cherdak*, cubicula duo, inferne domus familiae, culina, cellarium valde exiguum, hortus etiam.

Tertio decimo, visitata domus lignea reverendi Gregorii Szinkovich, ubi superne domus duas et cubile unum, culina pro calefienda fornace, inferne domus familiae, culina, cubicellum ex domo, cellarium separatum a domo in terra, horreum et stabulum, hortus.

*Canonicalium continuatio*²⁴

Visitata domus reverendi domini Ioannis Babbich, quae domus ex muro tota, ubi superne domus duae et cubilia totidem, inferne domus familiae, culina, conserva, cellarium suptus muratum sub fornice, stabulum, culina privata com conservatorio, fons domus eiusdem, hortus.

Praeterea visitata domus defuncti domini quondam Matthiae Sztoklasz custodis, quae ex integro murata; superne domus duae cum cubiculo fornecem habente, turris Capituli, inferne domus familiae et duo cubilia sub fornice, turris, culina cum domuncula familiae separatim, cellarium muratum sine fornice, granarium, stabulum et penes camerula, hortulus duplex, omnia meliori ex parte renovata, aucta et erecta per eundem dominum quondam Matthiam Sztoklasz.

Item, visa domus reverendi domini Pauli Cheskovich canonici; superne domus duae, cubilia tria et ambitus cum *cherdak*, inferne domus familiae cum suo cubiculo, duae camerae ex muro aliqua ex parte, cellarium muratum sine fornice, separata culina cum duabus cameris, stabulum praeterea conserva anorum curruum, hortus, alvearia.

Visita praeterea domus reverendi domini Nicolai Znika lignea, ubi superne domus duae, cubilia dua, ambitus cum pergula, inferne domus familiae, culina, cellarium superne seu camera in qua vinum, sub praemissis cellarium muratum absque fornice tamen, culina privata a domo, stabulum cum conserva, hortus et conserva pro scri-

24 Ovih deset kuća očito nisu kanoničke kurije, već su to kuće koje su pojedini kanonici posjedovali u Novoj vesi. Vjerojatno nisu bile potpuno privatno vlasništvo kanonikâ, jer tada ne bi potpadale pod kanonsku vizitaciju.

niis millii; extracta praemissa per reverendum dominum quondam Matthiam Leder. Conserva glaciei. Nihil melioravit.

Visa domus reverendi domini Matthiae Mogorich lignea, ubi superne domus duae, cubicula tria, culina cum ambitu, inferne domus familiae, duo cubicula et culina, suptus cellarium muratum sine fornice, culina privata neglecta, ex domo commoda fecit stabulum incommodum, hortus. Melioratio nulla absolute facta fuit per defunctum quondam Gabrielem Krisanich archidiaconum Cathedralis. Melioravit poenitus nihil.

Visitata domus reverendi domini Nicolai Dobrilovich lignea, ubi domus dumtaxat una, cubile, culina unde calefit fornax domus superne, inferne domus familiae, culina, cubiculum, cellarium sub praemissis, culina privatim, stabulum praeterea et conservatorium, hortus.

Visa domus reverendi domini Stephani Selischevich, ubi domus lignea, valde bene accommodata et ex fundamentis erecta per eundem; superne domus duae, cubilia tria, ambitus et pergula supra murum Capituli, inferne duae domus, camera et culina una, cellarium duplex, quorum alter sub fornice, infra pergulam stabulum duplex pro equis, hara quaedam, conserva pro vasis, scriniis et curribus, hortus. Praemissa universa per eundem dominum elaborata. Hortus quoque bonus ad plateam.

Visitata domus reverendi Michaelis Laczkovich lignea, per eundem noviter facta, ubi superne domus duae cum suis duobus cubilibus et ambitu, inferne domus familiae, camera pro cellario, cubile ex domo familiae, culina, stabulum et conserva coniuncta, hortus. Praemissa omnia per ipsum noviter erecta a fundamentis.

Demum, visita domus reverendi domini Stanislai Pepelko, ubi domus lignea quasi nova; superne duae domus cum suis cubiculis, ambitus, inferne domus familiae, culina, conserva, cellarium muratum sub fornice, privatim culina, stabulum cum aliquo conservatorio, hortus et domus glacialis, ubi sollida sepimenta per modernum possessorem extruuntur.

Visitata domus reverendi domini Simonis Iudae Sidich ex toto murata, ubi domus duae et pallatium, cubilia duo, inferne domus familiae cum suo cubiculo, culina et camera, cellarium muratum in medietate cum fornice. Melioratio nulla supponitur ob absentiam hospitis. Stabulum cum conserva, puteus et hortus.

1690, 22. svibanj, Zagreb.²⁵

Anno Domini 1690. die 22. maii facta est visitatio personarum et domorum Venerabilis Capituli Zagrabiensis.

Et imprimis visitata est domus canonicalis domini Thomae Augustich archidiaconi Chasmensis, eodem in visitatione a tunc existente.²⁶ In qua quidem domo post ultimam sinodum novum stabulum ex roboribus extractum est et pro celario et

²⁵ NAZ, *Acta ecclesiastica* 8/288.

²⁶ Poput vizitacije 1677. g. i ova započinje kanoničkom kurijom koja se nalazila između katedrale i sjemeništa te ide istočnom stranom Kaptola do sjevernih vrata, zatim se zapadnom stranom vraća do južnih kaptolskih vrata.

domo ex muro erigenda quaedam praeparatoria fiunt. Familiam habet sororem viduam cum duabus filiabus, sororium literatum et alterum studiosum, ac alios duos studiosos, cocum, agazonem.

Deinde visitatum est Seminarium alumnorum Zagrabiense, in quo defacto sunt personae numero 26 et quia circa idem particularis fiet visitatio, ideo ad eandem refertur, ad quam peragendam proxime domini denominabuntur.

Expost visitata est domus canonicalis reverendissimi domini Ioannis Znika custodis et abbatis de Pechvarada, in qua post ultimam visitationem modernus dominus hospes a fundamentis ex solido muro medietatem domus erexit, et iam praeparatoriis bona in parte procuratis, alteram quoque medietatem errecturus est. De familia habet pueros ministros duos, agazones duos, bubulcos duos, cocam, pastorem unum et ancillam unam pro culina.

Exhinc visitata est domus lectoralis, cui post ultimam visitationem accessit turricula murata sub fornice supra portam lateralem Capituli. De familia glotem cum filia, studiosos 5, spanum, agazonem, clavigerum, cocum, ephebos duos.

Post hanc visitata est domus canonicalis Petri Orehovachky, archidiaconi Chasmen-sis, apud quam post ultimam visitationem ambitus et porticus vulgo *cherdak* errec-tum, roborata deinde aliqua praeparata pro extruenda altera domo. Familiam habet servum agazonem, puerum ministrum, cocam vetulam, ancillam Magarkam, spa-num.

Deinde visitata domus canonicalis Christophori Perssich. Post ultimam visitationem accessit ex roboribus domuncula et ambitus cum scalis. Familiam habet clericum unum, studiosum, puerum ministrum, ancillam cocam, famulum unum.

Item, visitata est domus canonicalis Petri Stabarkovich, ipso Viennae in rectura existente, apud quam nulla melioratio facta post ultimam visitationem. Familiam habet sororem et unum studiosum. De reliquo nihil.

Item, visitata fuit domus canonicalis Francisci Missich archidiaconi Vaska, illo apud patres Franciscanos in infirmitate existente, apud quam etiam nulla melioratio post ultimam visitationem. Familiam nullam habet.

Item, visitata est domus canonicalis Simonis Iusdae Sidich archidiaconi Varasdiensis, apud quam post ultimam visitationem stabulum et supra idem porticus vulgo *cher-dak* ex solidis roboribus, deinde granarium ex perticis et aliae conservae. Habentur etiam roborata diversa pro reparatione domus et ambitu fiendo. Familiam habet pu-erum ministrum, vetulam cocam, spanum et agazonem et puerum custodem horti.

Item, visitata est domus canonicalis Ioannis Babochay, apud quam post ultimam visitationem quoad aedificia nihil accessit. Familiam habet cocum, agazonem et se-nem custodem horti Turcam.

Item, visitata est domus canonicalis Michaelis Laczkovich, apud quam post ultimam visitationem nihil accessit, tectum reparatione indiget. Apud eundem manet domi-nus Petrus Janekovich canonicus Zagrabiensis. Familiam habet puerum ministrum, spanum, filiam fratrueli pro coca, famulum et bubulcum, pastorem puerum.

Item, visitata est domus canonicalis Nicolai Znika, archidiaconi Urbocz, apud quam in cellarii orificio accessit fornix, de reliquo nihil. Familiam habet cocum, ancillam, famulum, praeceptorem cum fratruelle et fratrem ac puerum ministrum.

Item, visitata est domus domini Pauli Cheskovich, cantoris et canonici Zagrabiensis ac Protonotarii Apostolici, apud quam post ultimam visitationem nulla melioratio facta, praeterquam quod aliqui lapides convecti pro aliquo aedificio. Familiam habet puerum ministrum, studiosum unum qui frequentat, cocum et ancillam pro culina et famulos agazones duos.

Item, visitata est domus canonicalis Ioannis Zubich, archidiaconi Bexin, apud quam post ultimam visitationem nihil innovatum. Familiam habet cocum, duos pueros ministros, agazones duos, spanum et ancillas consanguineas duas. Habet calcinam paratam pro extruendo porticu seu camera ex domo versus septentrionem.

Item, visitata est domus canonicalis defuncti Nicolai Dobrilovich, archidiaconi Kemlek, cui Dominus tribuat requiem sempiternam. Collata est domino comiti de Nadasd canonico Zagrabiensi. Apud eandem post ultimam visitationem nihil accessit, praeter scalas muratas ad cellarium.

Item, visitata est domus canonicalis Matthiae Mogorich, archidiaconi Goricensis, apud quam post ultimam visitationem nihil notabilis accessit. Familiam habet famulum consanguineum, item alium famulum agazonem, puerum ministrum et ancillam unam.

Item, visitata est domus canonicalis Pauli Tuskan. Apud eandem post ultimam visitationem accessit media domus ex solidis roboribus, nondum ad perfectionem deducta. Familiam habet ancillam cum duabus filiabus, famulum et puerum ministrum.

Item, visitata est domus canonicalis Stanislai Pepelko, archidiaconi Kemlek, apud quam post ultimam visitationem nihil melioratum. Familiam habet clericum unum, famulum, ancillam, duos pueros ministros et tertium studentem, qui actu frequentat.

Item, visitata est domus canonicalis Michaeli Simunich, ipso Bononiae in rectoratu existente, apud quam post ultimam visitationem nihil accessit. Familiam habet affinem cum sorore et filio ac una filia.

Item, visitata est domus canonicalis Nicolai Skerlec, apud quam etiam post ultimam visitationem nihil notabilis accessit, praeter aliquas particulas muri versus plateam ex fundamentis extracti. Habet deinde aliqua robora pro nova domo. Familiam habet studiosos scholas frequentantes 5, cocum, famulum et puerum ministrum, ancillam unam.

Item, visitata est domus Praepositurae Zagrabiensis, apud quam post ultimam visitationem nihil notabilis accessit. Robora aliqua habentur pro reparatione pavimenti supra cellarium. Familia habetur studiosus Ungarus philosophus, pueri duo ministri, cocus et lixa, aurigae duo et ancilla pro culina.

Item, visitata est domus canonicalis Petri Verbanich, archidiaconi Dubicensis, ipso Siscii in praefectura existente, apud eandem post ultimam visitationem accessit culina et stabulum ex roboribus extractum. Familiam habet vetulam unam, puerum consanguineum, spanum.

Item, visitata est domus canonicalis reverendissimi domini Stephani Doichich, praepositi Chasmensis et abbatis Sanctae Helenae, apud quam post ultimam visitationem

nihil innovatum. Familiam habet pueros duos ministros, aurigas duos, cocum, famulum et lixam.

Item, visitata est domus canonicalis comitis Nicolai de Nadasd, cuius tectum et reliqua aedificia reparatione indigent, primo ante annum ex domo saecularium in domum canonicalem conversa. Familiam habet pueros ministros 3, cocum, lixam, bubulcum et pastores ac presbiterum unum.

Item, visitata est domus canonicalis reverendissimi domini Stephani Nedelko archidiaconi Cathedralis et abbatis Beatae Virginis, apud quam post ultimam visitationem nihil notabilis accessit. Familiam habet duos pueros ministros et tertium puerum consanguineum frequentantem, cocos duos, aurigas duos.

Item, visitata est domus canonicalis Nicolai Jurinich, apud quam post ultimam visitationem nihil notabilis accessit. Familiam habet spanum, puerum ministrum, cocum et famulum unum.

Item, visitata est domus canonicalis Petri Brezarich, apud quam etiam post ultimam visitationem nihil auctum. Familiam habet puellam unam fratris filiam, puerum ministrum et studiosum unum actu frequentantem ac spanum colonum.

Item, visitata est domus canonicalis Georgii Levachich, quae in nullo est aucta post ultimam visitationem. Familiam habet cocam et unam ancillam consanguineam et alias duas ancillas, puerum ministrum. In alodio habet virum cum uxore et duobus prolibus.

Anno eodem quo supra die vero 23. maii visitata est ecclesia Sancti Ioannis in Nova villa simul cum capellis, et quia etiam per archidiaconum loci visitata fuit, ideo hoc nihil adnotatur.

Die eadem visita est curia parochialis Michaeli Brukecz, apud quam post ultimam visitationem nihil notabilis accessit, praeterquam quam curia roboribus de novo septa esset, fenestras etiam in domo parochiali reparavit et bene accommodavit. Familiam habet ancillam, sororiam, puerum qui scholas frequentat et alium puerum ministrum et pastorem unum.

Exhinc visitata est domus praebendarii Cosmae et Damiani²⁸ Petri Szekula, apud quam post ultimam visitationem nihil notabilis accessit, praeterquam quam in domo praebendarii fenestrae reparatae et de novo factae. Familiam habet ancillam, item aliam ancillam pastorissam, famulum et unum studiosum, qui actu frequentat.

Visitata deinde fuit domus praebendae Sancti Georgii militis et martiris²⁹ Matthiae Varalay canonici Zagrabiensis,³⁰ apud quam post ultimam visitationem nihil innovatum, sed nec aliquid deterioratum. Familiam habet sororem, famulum et studiosum actu frequentantem.

27 U protokolu 49v Kanonskih vizitacija za godinu 1690. međutim uopće nema zapisnika župe u Novoj vesi.

28 U službenim današnjim popisima prebendi ovo je Nova ves 14. Inače u popisu 1862. ova bi prebenda bila Nova ves 13. L. DOBRONIĆ, *Stare numeracije kuća u Zagrebu*, Zagreb 1959, str. 180. (Dalje: *Numeracije*).

29 Danas je prebenda Svetog Jurja Nova ves 5a. Prema *Numeracijama* bila je Nova ves 9.

30 Matija Varalay nekoliko dana prije toga bio je imenovan zagrebačkim kanonikom i tada se očito još nije preselio na Kaptol.

Item, visitata est domus praebendae Sanctae Catharinae virginis et martiris³¹ praebendario Ioanne Novak lecto affixo existente, cuius curia et pertinentiae sunt in statu misero, partim ob infirmitates praebendarii, partim etiam per incuriam praebendarii, quia nullus economus. Familiam habet unam vetulam. De reliquo nihil. Habet etiam puerum unum.

Item, visitata est praebenda Sanctorum Gervasii et Protasii³² praebendarii Nicolai Deszpoth, apud quam nulla notabilis melioratio facta, praeter sepimenta. Familiam habet ancillam unam et puellam pastorissam unam et famulum unum.

Item, visitata est domus praebendarii Sancti Iacobi apostoli³³ Nicolai Missich, apud quam post ultimam visitationem nihil melioratio, non etiam aliquid deterioratum. Torcular novum praebendarius fecit, sepimenta bona habet circa curiam. Familiam habet vetulam unam, famulum unum et puerum ministrum.

Item, visitata est domus praebendarii Sanctae Mariae Magdalenae³⁴ Ioannis Kendell, apud quam post ultimam visitationem accessit cellarium et tectum supra orificium cellarii novum, robora etiam aliqua praeparata pro sepimentis fiendis. Familiam habet vetulam unam, famulum unum et puellam pastorissam.

Item, visitata est domus praebendae Sanctorum Fabiani et Sabastiani³⁵ Matthiae Berlechich. Domus est unius contignationis illustrissimae Dominationi Vestrae bene nota, apud quam post ultimam visitationem nihil innovatum. Familiam habet vetulam unam et puerum unum.

Item, visitata est domus praebendarii Sanctae Elisabethae³⁶ Petri Kapronczay, apud quam post ultimam visitationem nihil notabilis accessit. Familiam habet cocum, famulum et puerum horti custodem.

Item, visitata est domus praebendarii Sanctae Dorotheae virginis³⁷ Matthiae Boszakovich, apud quam post ultimam visitationem nulla melioratio facta; sepes circa domum nullius valoris. Familiam habet nullam praeter unum puerum.

Item, visitata est praebenda Sanctae Ursulae³⁸ praebendarii Georgii Tomassich, apud cuius domum post ultimam visitationem nihil novi accessit. Familiam habet vetulam unam et puerum qui actu schola frequentat.

Item, visitata est domus praebendarii Sancti Michaels Archangeli³⁹ Marci Jenko, apud quam post ultimam visitationem nulla melioratio facta. De familia habet famulum unum et puerum actu frequentantem scholas.

31 Odnosi se na Novu ves 16.

32 Odgovara Novoj vesi 10.

33 Odnosi se na Novu ves 8.

34 Nalazi se na Nova ves 7.

35 Odgovara Novoj vesi 12.

36 Prema *Numeracijama* to je Nova ves 5 a u popisu današnjih prebendi ne postoji prebenda svete Elizabete.

37 Odgovara Novoj vesi 6.

38 Odnosi se na Novu ves 4. U *Numeracijama* je to Nova ves 11, danas u okviru tvornice Astra.

39 Prebenda se titulirala i kao svetog Antuna. Odgovara Novoj vesi 3.

Demum, visitata est domus praebendarii Sanctae Barbarae virginis et martiris⁴⁰ Viti Boszakovich, apud quam post ultimam visitationem nulla melioratio facta. Familiam habet ancillam unam, puerum fratrem ministrum et duos studiosos scholas frequentantes ac famulum unum.

ZUSAMMENFASSUNG

Die kanonischen Visitationen des Zagreber Domkapitels fanden sehr selten statt, und ihre Protokolle sind nur unvollständig erhalten. Erhalten sind eigentlich nur die sehr ausführlichen Angaben der fundamentalen kanonischen Visitation des Domkapitels und des Kollegiums der Präbendare, die 1792 von Bischof Maksimilijan Vrhovac vorgenommen wurde, sowie vier kurze Visitationsprotokolle aus der zweiten Hälfte des 17. Jahrhunderts.

Die Visitationen wurden 1673, 1677 und 1687 von dem Zagreber Bischof Martin Borković vorgenommen, und im Jahr 1690 von Bischof Aleksandar Ignacije Mikulić. Alle vier Visitationen von Kurie zu Kurie wurden von den Bischöfen persönlich vorgenommen, in Begleitung von zwei Vertretern des Domkapitels. Sie fanden unmittelbar vor den Zagreber Bischofssynoden statt. Neben dem Domkapitel wurde bei diesen Gelegenheiten auch das Kollegium der Präbendare visitiert, und einmal fand auch eine Visitation des Präbendars der Markuskirche im Zagreber Gradec statt. Die Visitatoren registrierten Angaben über die Kurie selbst und ihre Wirtschaftsgebäude, über die Mitglieder des Haushalts, manchmal über die persönliche Bibliothek und die Inneneinrichtung. Heute sind diese Angaben sehr interessant denn man ersieht aus ihnen, auf welche Weise sich die Kapitelstadt (Kaptol) als Ansiedlung formiert hat, und welche Wohnkultur der Zagreber hohe Klerus hatte. Besonders interessant ist die Gegenüberstellung der Angaben von 1673 mit jenen aus dem Jahr 1677, weil in der Zwischenzeit – im Jahr 1674 – ein großer Brand Kaptol verwüstet hatte. Nach diesem Brand wurden die alten hölzernen Kurien immer mehr durch neue, festgemauerte und gegen Brandeinwirkung widerstandsfähigere Kurien ersetzt.

Die Visitationsprotokolle sind in lateinischer Sprache geschrieben, gut leserlich, und vorzüglich erhalten. Sie werden im Erzbischöflichen Archiv, in der Serie »Acta ecclesiastica, 8« Nr. 188, 216, 255 und 288 aufbewahrt.

40 Danas je to Nova ves 5. U Numeracijama nema mjesta ove prebende.